



# Boletín Oficial DEL Obispado de Osma

—•—•—•—

Año LXIII. 1.º DE JULIO DE 1922. Núm. XIII.

---

SUMARIO: Motu Proprio de S. Santidad sobre la Propagación de la Fe.—Conferencias Eclesiásticas: Cuestionario para el mes de julio.—Sagrada Congregación de Seminarios.—Reglamento para los Seminarios.—Confederación Nacional Católico-Agraria: Sobre fiestas centenarias de la canonización de San Isidro Labrador. Bibliografía —Suscripción.

---

## ACTA PII PP. XI

MOTU PROPRIO

DE PIO OPERE A PROPAGATIONE FIDEI AMPLIFICANDO

PIUS PP. XI

Romanorum Pontificum id hoc maxime versari curas planum est oportere, ut sempiternam animarum salutem, Iesu Christi regno per orbem terrarum dilatando, quaerant, quandoquidem divinus Ecclesiae Conditor apostolis suis sic mandavit: *Euntes docete omnes gentes;* (1) *Praedicate Evangelium omni creaturae.* (2) Id Petrus, id successores eius numquam praetermisserunt: eamque ipsam ob causam, quo tempore ex parte virorum industria et labor, maria pervesti-

(1) Matth., XXVIII, 19.—2 Marc., XVI 15.

gando, ignotas regiones invenerat, atque ad novos populos aditum hominibus apostolicis patefecerat, decessor Noster illustris Gregorius XV, sapienter existimans, ut eius Acta loquuntur, «principium pastoralis officii caput esse propagationem Fidei Christianae», sacram Congregationem Propagandae Fidei instituit, quo quidem immensum plane opus apostolatus apud infideles melius promoveretur. Huius enim Congregationis est cum missionarios in omnes partes dimittere eosque pro locorum rationibus disponere, tum personis institutisque et consilio et re praesto esse, omnia denique praestare, quaecumque, ad subveniendum Missionum necessitatibus, studium apostolatus ac multiplex Christi caritas suaserit. Quod vero proprie attinet ad rerum externalium subsidia, quae ad Missionum catholicarum bonum quamquam potissima non sunt, magnum tamen momentum habent, ea olim decessores Nostri largiter ipsi praebuerunt. Accedebat, ut principes christiani, opinione quoque adducti scilicet non exiguarum omnis generis utilitatum, quas suis regnis nationibusque obventuras sperabant, magnis easdem Missiones liberalitatibus adiuvarent. Nunc autem alia prorsus conditione ac fortuna haec Apostolica Sedes utitur, ut constat; neque ei iam ad Ecclesiae sanctae fines proferendos multum licet rerum publicarum largitate confidere.

Ceteroqui numquam fortasse alias tantus exstitit in populo christiano animorum motus ad provehendas Missiones, quantus nuper excitatus est, ex quo decessor Noster desideratissimus, Benedictus XV, Litteras Encyclicas *Maximum illud* ad orbem catholicum ea de causa dedit. Nimimum optimo diligentissimoque Pontifici tam acerba laborum ac dolorum perpresso, dum diuturnum bellum mansit, ac deinde pace Europae suadenda propinquum defatigato, Dei benignitate hoc est oblatum solaci, ut in Africa, in Asia, in America certis argumentis prospiceret Evangelicae praedica-

tionis successus multo feliores, quam antea, mox futuros.

Nos vero quos eadem tenet atque alit exspectatio, Nostrum intelligimus esse rei nulla deesse ope, ob eamque causam curare perdiligenter, ut et quae ille sapientissime praescripsit, religiose serventur, et quibus Missionarii nostri subsidiis indigent ad melius elaborandum, ea illis abunde suppetant. Subsidia quidem, quae externis in bonis consistunt, solent religiosorum familiae, pro suis quaeque Missionibus, ex populo christiano conquirere: populus autem, vel fidei amore caritatisque studio motus vel alio etiam honestissimo sensu, dat non invitus, atque in nonnullis nationibus affluenter. Verum neque haec stipes corrogandi ratio accommodata est singularum Missionum necessitatibus, neque per eam licet aequabiliter atque ordine universas administrare Missiones maiore cum earum emolumento ac stabilitate.

Quaecumque igitur inventa sunt genera particularibus Missionibus opitulandi, Nos, aequa ac decessores Nostri, comprobantes, habemus in animo catholcarum Missiendum universitati, certa ratione et via, ex catholici orbis collatione, consulere, ita quidem ut et corrogatae apud omnes nationes ab omnibus, quotquot sunt, Ecclesiae filiis vel minutae stipes in unum acervum, universe Missionibus tuendis destinatum, colligantur, et haec pecunia omnis, potestati quidem arbitrioque commissa Nostro dumtaxat et Sacrae Congregationis Christiano nomini propagando, per delectos a Nobismetipsis viros, in omnes distribuatur Missiones, pro uniuscuiusque necessitate.

Iam vero cogitantibus Nobis quo pacto id propositum efficiamus, feliciter occurrit praeclarum illud Lugdunense Opus a *Propagatione Fidei* nuncupatum, quod abhinc ipsis centum annis homines aliquot pietatis caritatisque laude spectatissimi considerunt! Nemo est qui singularia promerita instituti huius ignoret; quod

quidem inter Galliae catholicae recentiora ornamenta et decora numerari debet; hoc enim societatis vinculo colligati, mirabile est quam multi ex omni ora ac parte terrarum Missiones catholicas adhuc suo et stipis auxilio et piae precationis suffragio iuvare consueverint. Quapropter magnis pontificalis indulgentiae muneribus ac privilegiis Opus, de quo loquimur, cumularunt decessores Nostri, praecipueque Gregorius XVI Apostolicis Litteris *Probe nostis* die xv augusti MDCC-CXL, et Leo XIII Epistola Encyclica *Sancta Dei civitas* die III decembris MLCCCLXXX, omnibus Episcopis universoque fidelium gregi honorificentissimis verbis commendarunt. Nobis autem hoc loco dilaudare libet utriusque Consilii, Lugdunensis et Parisiensis, a quibus gubernatur, prudentiam maxime et aequitatem in adiuyandis non iis tantum Missionibus, quas nobilissima Gallorum gens, pro tradito a maioribus Fidei sanctae custodienda ac promovenda studio, usquequamque constitutas habeat, verum etiam, quas ceterae gentes, Iesu Christi spiritu in certamen honestissimum instinctae, condiderunt.

Ob eam igitur, quam memoravimus, causam, potius quam aliquid novi inveniamus, faciendum videtur, ut ipsum Opus *Propagationis Fidei*, sede eius in hanc aliam Urbem, totius Ecclesiae caput, translata, aptius a Nobis reddatur ad mutata tempora, Nostraque ornatum auctoritate, Pontificale fiat instrumentum stipibus fidelium ad usum Missionum universarum colligendis. Idque Nos effecturi sumus eo libentius quia qui tum Lugduni tum Lutetiae Parisiorum huic Operi praesunt, datis ad Nos pientissimis litteris professi sunt se, ut filios Ecclesiae observantissimos, magna amplexuros voluntate, quidquid posthac de re sibi suisque civibus carissima haec Sedes Apostolica decreverit. In quo quidem lectissimi viri se et catholica professione et Gallico nomine dignos praebuerunt, cum aperte ostenderint tanti apud se esse dare operam regno Iesu

Christi in terris amplificando, ut ceteras res; vel quas recte meritoque diligunt, posthabere non dubitent. Nos vero huiusmodi animi habitum eumque non modo eorum proprium sed communem catholicorum hominum ex Gallia, sic probamus ut *in faciem Ecclesiarum* vehementer commendemus.

Itaque de Apostolicae petestatis plenitudine, Motu proprio et certa scientia, haec statuimus et sancimus:

I. Pium Opus a *Propagatione Fidei*, in novam formam redactum, iam nunc Romae esto apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide, ut ipsius Apostolicae Sedis sit instrumentum ad fidelium stipes undique cogendas easque erogandas in usum omnium Missionum catholicarum.

II. Operi universo Consilium praesidebit, a Nobis per eamdem Sacram Congregationem electum ex Cle-ro earum nationum, quae sollemne habeant certam pecuniae vim in Opus conferre.

III. Natio Gallica, utpote quae ipsum Opus, de quo agitur, pepererit, atque in traducendis ad fidem barbaris utilissime semper laboraverit, Generalis Consilii praecipuo quodam iure particeps esto.

IV. Pium Opus itemque Generale Operis Consilium quem ad modum dirigi oporteat, gemina lege, his adjuncta Litteris, statutum est.

V. Consilia uniuscuiusque Nationis centralia, quae dicuntur, ad has Nostras leges, de sententia Generalis Consilii, sua ipsorum statuta exigant. Quod sicubi huiusmodi Consilia desiderentur, ea quam primum Episcopi instituenda curabunt. Ubi autem res iam simili instituto adsit, quamquam alio nomine, eorumdem erit efficere ut, omni sublato discrimine, ad hoc Opus redigatur; vehementer enim in hoc genere ad fructum uter est, ubique, quantum locorum varietas patitur, teneri aequabilitatem.

Nos equidem, patrocinio freti Mariae Virginis Immaculatae, atque Apostolorum Principum Petri et Pau-

li, illius quoque magni Fidei Catholicae propagatoris, Francisci Xaverii, huius sodalitatis patroni caelestis, ex divina benignitate iam fore confidimus, ut quod decessori Nostro optatissimum fuit (1) hoc ipsum Opus a *Propagatione Fidei*, itemquē alia duo a *Sancta Infantia* et a *Sancto Petro Apostolo* ad Cleri indigenae institutionem, quae Opera haec Apostolica Sēdes agnoscit sua, laetabile iam capiant incrementum. Pro certo autem habemus Episcopos ceterosque sacerorum Antistites in hac causa omnem operam studiumquo, apud suam quemque Ecclesiam, Nobis natueros, adhibita in primis *Consociatione Cleri Missionaria*, quae dicitur: quam Consociationem, mirifice sane opportunam, Nobisque non minus ac decessori Nostro probatam, si quidem apud se desit, condere maturabunt.

Quaecumque vero his Litteris statuta a Nobis sunt, ea omnia firma et rata esse iubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die III mensis maii, in festo inventionis S. Crucis, MCMXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI.

---

## COLLATIONES ECCLESIASTICAE

---

PRO COLLATIONE DIEI 13 JULII 1922.

Herodotus, sacerdos Cupiensis, in hanc dioecesim veniens, in die 28.<sup>a</sup> junii proxime elapsi officium S. Irenaei recitare noluit, quia in Officiali Ephemeride sua e dioceseos nondum ab Episcopo talis obligatio promulgata fuerat, imo quamvis fuisse promulgata, ego, inquietus, non recitassem, quia jam taedet de tot

---

(1) Benedictus XV, in Litt. Enegel. Maximino illud.

ejusmodi variationibus, quas plerique in mea regione clerici et forsitan episcopi non acceptant. Praeterea, adjiciebat, talis obligatio, si qua sit, levis ad summum erit vel mere poenalis.

Quaeritur: Quid sit legis promulgatio, et quatenus requiratur?— Quomodo promulgantur leges pontificiae et episcopales?— An leges ab Apostolica Sede latae obligent statim ac promulgatae sunt?— Utrum ad legis vigorem necessaria sit acceptatio sive fidelium sive Pastorum?— Quid dicendum de vi obligationis legum?— Quandonam legum materia censenda sit gravis?— Quandonam legis etiam levis violatio evadat ex contemptu gravis?— An obliget in conscientia applicatio legis seu sententia, quae fundatur in falsa facti praesumptione?— An excusationes ab Herodoto allegatae sint rationabiles?— Utrum demum hoc anno officium S. Irenaei obligaverit?

### *Quaestio Liturgica*

Quaenam specialia in missa cum expositione Smi. prae oculis sint habenda?

---

## SECCION CANONICO-LITURGICA

---

*Sagrada Congregación de Seminarios  
y Universidades de estudios*

### REGLAMENTO PARA LOS SEMINARIOS

*(Continuación)*

El *programa* determina la *extensión e intensidad* de las materias que se han de aprender. ¿Cuál y cuanta

debe ser la ciencia del Sacerdote? El Siervo Pontífice León XIII, en la Enc. *Etsi Nos* a los Obispos de Italia (15 de Febrero 1882), dice que la doctrina propia del Sacerdote, debe ser, «no vulgar ni mediana, sino profunda y variada, que abrace no solamente las disciplinas sagradas, sino también las filosóficas, y sea rica en conocimientos de física y de historia»; y en otra Enc., *Fin dal principio*, añade que si el Clero no debe ser extraño a los adelantos de toda ciencia y por eso acéptese cuanto se reconozca *verdaderamente útil y bueno* en los métodos modernos». La reserva es clara; mas para evitar malas interpretaciones, el diligente Pontífice advierte que el orden de Estudios «se debe referir siempre a la misma idea principal y directriz, que es la formación de los alumnos en el espíritu y virtudes del Sacerdocio,... y que los estudios de los Seminaristas deben permanecer siempre fieles a los tradicionales métodos de los tiempos pasados». (Enc. *Depuis le jour*). El alumno del Seminario debe, por consiguiente, estudiar no para habilitarse a un examen de licenciatura de Estado, sino únicamente para hacerse capaz de ejercer el ministerio pastoral. Ahora bien, para el ejercicio de tan augusto ministerio, es necesario al Sacerdote un profundo y claro conocimiento de las cosas sagradas y de aquellas que tienen estricta relación con éstas y es utilísimo un conocimiento de aquellas materias que dicen bien en una persona culta y añaden prestigio y decoro a la misión del Sacerdote. Sin embargo, según dicta el buen sentido, un programa de estudios, aunque sea hecho para futuros Ministros del Santuario *cuyos labios deben guardar la ciencia* (*Malaquías II, 7*) no puede abrazar todo lo que es necesario y provechoso saber, como si todo se aprendiera en las clases y después de éstas no se debiera aprender más; como tampoco a cada materia que se enseñan se puede dar todo el desarrollo que admiten éstas,—Por eso se deben escoger las materias

en orden al fin, y tal ha de ser su desarrollo, que prevalezcan solamente aquellas que son indispensables para una conveniente formación intelectual de los Clérigos. El Sacerdote debe saber *mucho* pero no es necesario que sepa *muchas cosas*. Más que a una erudición múltiple y variada, pero indigesta y superficial, es necesario aspirar a un conocimiento profundo y completo de cosas útiles (1).

El criterio que ha de seguirse en la redacción de un programa de estudios en general debe aplicarse a cada una de las partes del mismo, las cuales hacen referencia al curso de *latinidad, filosófico y teológico*.

---

FIESTAS CONMEMORATIVAS  
DEL TERCER CENTENARIO DE LA CANONIZACION DE  
**SAN ISIDRO LABRADOR**  
ORGANIZADAS POR LA  
**CONFEDERACIÓN NACIONAL CATÓLICO - AGRARIA**

---

La Confederación Nacional Católico-Agraria, para solemnizar el tercer centenario de la canonización de San Isidro, labrador, se dispone a organizar un Congreso Social-Agrario, en Madrid, y una Peregrinación Espiritual.

---

(1) Con mucha razón advertía el Concilio Provincial de Burdeos, habido el año 1880; «Ea sit ratio ac methodus ut non nimis multa, sed ea dumtaxat quae vere sint clericis utilia. ipsis addiscenda proponantur. Neque enim interest ut multa scire videantur et glorientur sed ut quae sciverint sciant multum et apprime calleant». (Tit. V. 1.)

La Peregrinación Espiritual tiene por objeto rendir un tributo de veneración al santo patrono de los labradores, ante la reliquia preciosa del sepulcro de San Isidro, en la Catedral de Madrid. La Confederación Nacional Católico-Agraria no sólo cuenta con que habrán de adherirse a esta gran manifestación piadosa todos los agricultores que se precien de católicos, para implorar de su santo patrono, protección para sus personas, para sus haciendas y muy especialmente para sus almas, sino también cuantos tienen por sus negocios o sus familias alguna ligadura con las explotaciones campesinas. Y, además, espera fundamentalmente que a esta manifestación, esencialmente piadosa, habrá de sumarse el católico pueblo de Madrid, que tiene en tanto honor y estimación la protección tutelar de su patrono San Isidro.

La Peregrinación Espiritual de San Isidro se organizará con arreglo a las siguientes bases:

La Obra de la Peregrinación Espiritual de San Isidro cuenta con la aprobación del Exmo. e Ilustrísimo Sr. Obispo de Madrid-Alcalá, quien con gran celo y solicitud se ha dignado patrocinarla con su más decidido apoyo y con su bendición. Igualmente se pone bajo la autoridad de todos los demás Reverendísimos Prelados en sus respectivas Diócesis, esperando de todos ellos, la más eficaz protección y auxilio.

Gracias especiales concedidas por su Santidad el Papa.—Ha sido favorecida y honrada por S. S. el Papa Pio XI, esta Peregrinación Espiritual, con las siguientes gracias:

I Indulgencia plenaria los días 15 de Mayo de 1922 y 12 de Marzo de 1923, o dentro de la octava de estos días, recibiendo los sacramentos de la Penitencia y Eucaristía.

II. Indulgencia plenaria para los peregrinos que visiten la S. I. C. de Madrid, y la misma indulgencia a los que, hallándose en camino para dicha Peregrina-

nación, practiquen ejercicios de piedad, con tal que unos y otros reciban los Santos Sacramentos y oren por la intención del Sumo Pontífice.

III. Indulgencia de siete años y siete cuarentenas a todos aquellos que practiquen la referida Peregrinación Espiritual, por cada uno de los días de la novena que preceda al *día elegido* por cada adherido para celebrar este acto piadoso antes del 12 de Marzo de 1923.

Estas indulgencias son aplicables a las almas del Purgatorio y se precisa, por disposición del Exemo Señor Obispo de Madrid-Alcalá, de acuerdo con lo mandado en el Rescripto Pontificio (fecha 1 Mayo de 1922), que los adheridos a la Peregrinación Espiritual recen cada uno de los días en que ganen estas indulgencias tres *Pater nuestros* por las intenciones de Nuestra Santa Madre la Iglesia.

Obligaciones.—Para tomar parte en la peregrinación Espiritual de San Isidro, basta escribir el nombre o iniciales en el adjunto boletín o en otro papel, remitiéndolo a la Confederación Nacional Católico-Agraria (Apartado 738, Madrid); hacer propósito de unirse en espíritu a la Peregrinación Espiritual, aplicando alguna oración por las intenciones generales; y ofrecer una limosna para contribuir a los fines materiales que, aunque no esenciales, acompañan a esta empresa piadosa.

¿Quiénes pueden tomar parte?—Todos indistintamente. En una familia cristiana, todos sus individuos. Sin dejar de apuntar a los niños y a la servidumbre. Y será una obra de caridad muy meritoria inscribir, en calidad de recomendados, a los parientes y amigos, tanto vivos como difuntos, los cuales participarán de muchas oraciones y sufragios.

Intenciones generales.—Cada uno deberá, al hacer sus oraciones, pedir las gracias que deseé alcanzar particularmente; y pedirá, además, por las siguientes intenciones generales:

La Obra de la «Confederación Nacional Católico-Agraria, con sus 58 Federaciones y sus 5.000 Sindicatos y todos sus asociados y sus familias; la cristianización de la sociedad y muy singularmente de los campesinos; su elevación espiritual y el mejoramiento de su situación económica; y las súplicas particulares de cuantos unan su oración a las nuestras en esta rogativa; los vivos y los difuntos recomendados por los adheridos; la conversión de los pecadores; los intereses morales y materiales de España; y la exaltación de la Iglesia Católica y de su Jefe, nuestro Santísimo Padre el Papa Pío XI, rogando por las necesidades de la Iglesia.

Empleo de las limosnas.—Se sufragarán los gastos de las fiestas organizadas por la Confederación Nacional Católico-Agraria en conmemoración de este centenario. Se ofrecerá a San Isidro un objeto como recuerdo de la Peregrinación Espiritual; se construirá una caja artística para depositar en la Catedral de S. Isidro los nombres de los adheridos; se acuñará una medalla conmemorativa, y el resto se dedicará a iniciar un fondo para adquirir un edificio donde instalar en él debidamente la Confederación Nacional Católico-Agraria, como *Casa del Labrador Católico*, en memoria de este centenario y como obsequio a San Isidro, patrón de los agricultores.

Envío de boletines y limosnas.—Todos los boletines de adhesión y las limosnas recaudadas deberán entregarse a las Juntas Diocesanas o remitirse directamente a la *Confederación Nacional Católico Agraria, Amor de Dios, 4. 2.<sup>o</sup>, Madrid, apartado 738*, dirigiendo la correspondencia y giros al presidente, especificando bien, con toda claridad, la cantidad enviada y el modo de remitirla, indicando el número del giro y la oficina postal en que se depositó y las señas completas del remitente. De todos los envíos se acusará recibo: en el acto, si son entregados a la mano, y en las columnas

de la REVISTA SOCIAL Y AGRARIA de los llegados por correo enviándose a los celadores el número de la REVISTA en que se les acuse recibo.

Fechas de la celebración de la Peregrinación Espiritual.—Los días que cada cual elija desde ahora al 12 de Marzo de 1923. Pero se recomienda la mayor actividad y urgencia en hacer las inscripciones y en remitir los boletines.

Observaciones.—El Consejo directivo de la Confederación Nacional Católico-Agraria será el organismo central y motor de esta propaganda. Pero teniendo en cuenta la magnitud de la Obra, la complejidad de los trabajos necesarios y la extensión que se desea dar a esta manifestación, esencialmente piadosa, a los católicos españoles de toda condición, estado, edad y sexo, el Excmo. Sr. Obispo de Madrid-Alcalá, accediendo a súplicas de los promotores de esta peregrinación, se ha dignado nombrar a algunas personas distinguidísimas, domiciliadas en Madrid, para formar con el Consejo directivo de la Confederación la Junta organizadora de esta peregrinación.

De igual manera en todas las capitales de diócesis podrán constituirse Juntas locales o regionales formadas por los Consejos directivos de las respectivas Federaciones católico-agrarias, integradas, además, por otras personas, si fueran designadas para este fin por la autoridad eclesiástica competente.

Y de igual manera secundarán esta iniciativa con semejantes comisiones nombradas en cada localidad haya o no Sindicato constituido.

Donde no exista Federación o sindicato adheridos a la Confederación Nacional Católico-Agraria, ésta podrá crear los organismo que sean necesarios para secundar su iniciativa y se entenderá directamente con ellos.

Las personas que no formen parte de la Confederación Nacional Católico-Agraria en alguna de sus

Federaciones y Sindicatos, pueden dirigirse, para cuanto se relacione con la Peregrinación Espiritual, a la *Oficina Central, Amor de Dios, 4, Madrid, Apartado 738.* Todos los asociados deberán hacerlo por medio de sus Federaciones respectivas.

Peregrinación Real y corporal.—Oportunamente se fijará la fecha que habrá de ser escogida para este acto extraordinario, y se anunciarán las ventajas, servicios y facilidades que se ofrecerán a cuantos deseen tomar parte en ella. Es de esperar que el día que se designe, todas las Federaciones harán cuanto les sea posible para concurrir al acto, con representación de sus Sindicatos y con sus banderas.

## BIBLIOGRAFIA

### A los pies del Maestro

#### *Breves meditaciones para sacerdotes*

Con verdadero encarecimiento recomendamos esta Obra importantísima, debida a la pluma del esclarecido escritor alemán R. P. Antonio Huonder S. J., y traducida al castellano y ofrecida a los sacerdotes españoles por el R. P. Manuel Carrer de la misma Compañía.

Su lectura encanta desde las primeras líneas, encadenando la atención con tan suavísimo deleite que causa pena tener que dejar este precioso libro de la mano. En la serie de cuadros todos perfectos y bellísimos, que el autor va describiendo con mano maestra a sus lectores, pueden encontrar los Rdos. Sacerdotes, no solo, como reza el título, asuntos de abundantísimo jugo espiritual para sus cotidianas meditaciones, sino también materia escogida de predicación y reglas prácticas de vida en orden al aprovechamiento del espíritu y a la salvación

de las almas. Añádase a esto una traducción suelta y primorosa y se comprenderá fácilmente con cuanto fundamento es de esperar que las ediciones españolas hagan de repetirse con la rapidez con que se han repetido en Alemania, donde en pocos años se han agotado diez numerosas ediciones del texto original.

Finalmente la hermosa presentación del libro, como de la Casa HERDER Y COMP.<sup>a</sup>, y lo reducido de su precio, 2 pesetas, contribuirán sin duda a que no quede ni un solo sacerdote de la diócesis que quiera privarse de un compañero tan seguro, tan ameno, tan deleitoso y agradable como resulta la preciosísima obrita de P. Huonder.

---

### Para los niños de la Europa Central

---

(Continuación).

	Ptas. Cts.
Suma anterior.....	3.581 84
Párroco y fieles de Almarza.....	40 »
»       »     » Zuzones.....	4 »
Dominicos, Religiosas Dominicas y fieles de Caleruega.....	40 »
Párroco y fieles de Regumiel.....	7 »
»       »     » Castillejo de Robledo ....	31 »
»       »     » Pedrajas y Oteruelos....	8 »
»       »     » Ontoria de Valdearados ..	7 »
»       »     » Valdemaluque y Valdeluvieil .....	10 »
»       »     » Quintanás de Gormaz....	28 »
»       »     » Rioseco (2. <sup>a</sup> entrega) ....	22 60
»       »     » Ucero .....	2 50
»       »     » Espinosa de Cervera ....	5 40
»       »     » Gallinero.....	10 »
»       »     » Torreblacos .....	19 50
»       »     » Blacos.....	15 50

»	»	»	Castrillo de la Reina . . . . .	11	*
»	»	»	Pinillos de Esgueva . . . . .	3	50
»	»	»	Guzmán . . . . .	0	*
»	»	»	Canicosa . . . . .	2	*
»	»	»	Borobia . . . . .	8	*
»	»	»	Aldeanueva de Serreuela	8	*
»	»	»	Valdeande . . . . .	13	*
»	»	»	Jaray . . . . .	3	*
»	»	«	Los Llamosos . . . . .	5	*
»	»	»	Fuentetoba . . . . .	5	*
»	»	»	Cardejón . . . . .	1	*
»	»	»	Brias . . . . .	5	*
Una persona piadosa . . . . .				10	*
Párroco y fieles de Zazuar . . . . .				15	*
»	»	»	Tejado . . . . .	15	*
»	»	»	Molinos de Duero . . . . .	32	95
»	»	»	Salduero . . . . .	33	55
»	»	»	Fuentenebro . . . . .	43	*
»	»	»	Niños de id. . . . .	10	*
»	«	»	San Andrés de Soria . . . . .	10	*
»	»	»	Hentangas . . . . .	3	*
»	»	»	Villanueva de Gumié . . .	6	75
»	»	»	Quintanas Rubias de Arri- ba . . . . .	6	*
»	»	«	Quintanarraya . . . . .	10	*
»	»	»	Boós . . . . .	17	20
«	»	»	Torralba del Burgo . . . . .	2	*
»	»	»	Aldehorno . . . . .	20	*
<hr/>					
Suma y sigue . . . . .				4.153	29

(Continuará)